

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Superbia ad  
cum fonte primo

Vicina esse potentibus solet et  
pene semper rebus affluentibus elacio  
sociatur quia et  
sepe honoris habundancia duriciam dat  
tumoris.

Gregorius in moralibus.

Et quomodo istud sacrificium Deo,  
placere cognouerat, quod in conspectu  
eius tanta iteratione uocis immolabat,  
nisi quod  
uicina esse superbia potentibus solet, et  
paene semper rebus affluentibus elatio  
sociatur, quia et  
saepe humoris abundantia duritiam dat  
tumoris?

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 26,  
26 (CCSL 143B, M. Adriaen ed.,  
p.1302, ll.141-146).